

sequit. Flugus vero superficies qua-
regdam scaturigine pistule et aposte-
felicata totum corpus occuparunt.

Anno Domini MCCV. Philippus
principes Orientales, et ita magnum ex-
ercitum collegit, quod nec Bohemus
presumebat, nec Otto de Saxonia in ad-
jutorium lantgravi. Quod ipse lant-
gravius attendens, nimium expavit,
O et etiam de infidelitate suorum, qui
bucorrupti per pecunias fuerunt, cum Phi-
lippus se composuit, et ut ampliore di-
unctis fidem faceret, filium suum cum va-
vicio alio obtulit. Et cum pace omnis
guilla controversia quievit.

Anno Domini MCCVI. Rex Philip-
pus Coloniarn cum exercitu adiit, et om-
nia Coloniensium devastavit. Ratio
fuit, quia Adolfus Coloniensis archiepis-
copus abstraxit principes de homagio Phi-
lippi et Ottonem regem futurum decla-
ravit.

Anno Domini MCCVII. Innocentius
alipapa propter disfidium regni, quod jam
diu duraverat, legatos ad Almaniam
direxit, videlicet Hugonem Flethiensem
cardinalem, et Leonem cardinalem, patri-
archam Aquilegiensem, et Salzburgensem
archiepiscopum, qui in Wormatia Phi-
lippum regem ab excommunicatione ab-
solverunt. Et post hec ad Ottonem in Saxoniarn
venerunt, nuntiantes mandatum apostolicum,
et ut coronam et nomen regni deponeret, exhor-
tantes.

Cr. S. Det. 1205.

1/121

a/contraff uerna

appost. Gregni